



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

6. Rusticorum obseruationes ex auiu[m] volatu quandoque licitæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

gica itidem omni iure damnatur; quippe multas vanitates continet, prædicendo nimis ex aspectis humani corporis partibus prosperos, aut aduersos hominis euentus: quod nihil horum ex corporis dispositione pendeat. *Sanchez l.2. Moral c.38 fusè.*

V. Diuinatio coniuncta cum explicito Dæmonis pacto semper est mortalis, nec aliquem ignoratia excusare potest, quod res ipsa per se malitiam importet, et si verò Diuinatio cum implicito pacto def se itidem mortalis sit, nec paruitas materiæ excuset, quod usuratio cognitionis Deo referuata ex se sit admodum grauis, tamen propter ignorantiam à mortali excusare potest (si nec affectata nimium nec adeò crassa est) diuinantem quod huius malitia non ita liquido patet. *Idem c.4.*

VI. Optima est doctrina S.

*Tibd.*

Thomæ dicentis : si aliquod instrumentum, v.g herba radix, puluis &c. assumatur, qui naturaliter possit effectum producere, aut prænuntiare, vt quandoque prudenter ex auium volatu, aliisque rusticorum obseruationibus contingit, tunc diuinatio seu curatio non est arguenda superstitionis: si non possit, liquidò arguitur superstitionis, quia v.g herba, puluis, verba etiam Sacra, tunc non ut causa veluti ad talem effectum improportionata, sed potius ratione signum adplicantur, quod si non ipse diuinans, aut benedicens (abusuè) cum Dæmone pacti nem icit, saltem parens aut abauia huiusmodi verba sub certis precibus formulis, aut situ corporis à Dæmone proferre edocta, quæ posteris tradidit, fecit. 22 q. 96. 4.  
2, ad 3.

Nec obstat huiusmodi Diuina-  
tores

tores aut Curatores superstitionis  
non intēdere aut dicere se implo-  
rare opem Dæmonis, aut in eam  
confidere, quod satis sit ad tacitam  
invocationem hisce vanis ad co-  
gnitionem, aut curationem im-  
proportionatis vti, quæ vim hu-  
manam, aut vires verborum su-  
perant, & secretam Dæmonis o-  
pem arguuntur adnexam habere,  
quod utilitatem suam ista media  
ab interventu & auxilio Dæmo-  
nis consequantur. *Suar. t. 1. de Re-  
ligione. l. 2. de Superstitione. c. 9. num.  
13. Sanchez. cit. c. 38. num. 4. cum a-  
lis.*

VII. Incidunt in casum refe-  
ratum qui usurpant verba aut car-  
mina quædam autore Dæmonie  
ad morbos gignendos, aut curan-  
dos, iudicra, vel terriculamenta  
cienda, composita: aut alias ver-  
borum formulas, quibus Dæmon  
inuocatur aut cogitur ad compa-  
ren-